



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum virtutes morales sint adinuicem connexæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

nis uni, & plus alteri tribuitur. Nec obstat si quandoque solum minus uideatur fieri alteri, & nulli plus, ut intendis, & huiusmodi: non enim ostendit, quod mediū uirtutis principaliter uiolatur in minus: & uere sic est, quia cum aequalis sit ad alterum per minus illi directe uiolatur, sed tamen semper concomitatur plus alicuius in re, uel in potestate. Sic est ergo litera, quod ubi unquam est uirtus in medio, contingit & per excessum & per defectum peccare: si ne simul, siue separata in siue uno, siue pluribus uicibus, non est curā.

In eodem quarto articulo dubium primo occurrit ex Scotto in 3. sent. dist. 26. docente quod potest concipi quod uirtus theologica est proprie in medio non ex parte obiecti, sed actus, ita quod licet non possit tendere in nimis uerum aut bonum, quia tendit in infinitum obiectum, potest tamen nimis tendere in illud: & sic uirtus theologica moraliter actum ut medio modo tendat, & consequenter fides est media inter leuitatem, iuxta illud, Qui cito credit, leuis est corde, & perniciam uolantis rationem, & spes inter presumptionem & desperationem.

Ad secundum ergo dicendum, quod bonum uirtutum intellectualium, & moralium consistit in medio per conformitatem ad regulam, uel mensuram, quam transcendere contingit, quod non est in uirtutibus theologis, per se loquendo, ut dictum est. Ad secundum dicendum, quod uirtutes morales & intellectuales perficiunt intellectum & appetitum nostrum in ordine ad mensuram & regulam creatam: uirtutes autem theologice in ordine ad mensuram & regulam increatam, unde non est similis ratio.

Ad tertium dicendum, quod spes est media inter presumptionem & desperationem ex parte nostra, in quantum alicuius presumere dicitur hoc enim est superfluum, illud diminutum. Ad primum horum dicitur, primo quod positio illa Scotica est contra diuum Thomam, & ueritatem. Contra diuum quidem Thomam expresse dicentem hic de modo actus, quod non potest esse excessus, scilicet quod non potest quis nimis credere, nimis sperare, nimis amare, tendendo in Deum. Contra ueritatem uero, quia constat quod non potest Deus amari nimis, ita quod actus amandi Deum sit excessus: immo modus amandi Deum, secundum Bernardum, est sine modo amare: nec est uerum quod de fide, quoniam licet qui cito credit, leuis sit corde, non tamen qui cito credit Deo, leuis est corde. Presumptio quoque, ut patet in responsione ad tertium, non est uirtutum, quia nimis sperare in Deo, sed quia sperat bonum excedens propriam conditionem: unde conclusio ista non solum uel falsa, sed uel mala, utpote ponens modum dilectionis Dei, procul abijciatur.

Ad secundum autem dicitur, quod fides semel de Deo, cuius non sunt extrema ex parte nostri est de Deo per modum compositionis, & diuisionis, ut in Secunda Secunda dicitur: & propterea ex parte nostri est in medio, & non secundum se.

Super Quaestione sexagesima quinta Articulum quintum.

In articulo primo quaestione sexagesima quinta, termini duo sunt primo declarandi, quid scilicet importet uirtus perfecta, & quid uirtus imperfecta, de quibus in litera sermo fit, an differe-

rentia hic sit sicut inter calorem remissum, & in summo, an sicut inter dispositionem & habitum, an sicut inter diuersas formas, puta opinionem & scientiam, non enim parui refert quo modo distinguantur, & si quis hic erraret, male posset de connexionione uirtutum disputare. Sciendum est igitur, quod constat uirtutes perfectas ab imperfectis non propterea distingui, quia illae in summo sunt gradu, istae non, nam uirtutes connexae, quae sunt solae perfectae, ut in litera dicitur, intendi possunt, ut sequens quaestio ostendit, quomodo autem distinguantur ex natura habitus & dispositionis, manifestatur: habitus enim & dispositio distincta contra habitum secundum melius sentientium sententiam, distinguuntur non modaliter tantum, sed essentialiter: ita quod qualitas illa, quae est dispositio, nunquam erit essentialiter habitus: quamuis forte habitus modum habere possit: sed dispositio est qualitas secundum se facile mobilis: habitus uero est qualitas ex natura sua difficile mobilis. uerum huiusmodi qualitas habet duplicem statum: est enim quandoque in se quidem habitus, sed per modum dispositionis inhæret, quia facile corrumpi potest, ut patet de scientia per primam demonstrationem acquisita, & non meditatione firmata: quandoque autem & in se est habitus, & in statu habitus: quia per modum habitus habetur firmiter & sicut autem in communif

ex eo, quod sperat a Deo bonum quod excedit suam conditionem, uel non sperat quod secundum suam conditionem sperare posset: non autem potest esse superabundantia spei ex parte Dei, cuius bonitas est infinita. Similiter etiam fides est media inter contrarias haereses, non per comparisonem ad obiectum, quod est Deus, cui non potest aliquis nimis credere: sed in quantum ipsa opinio humana est media inter contrarias opiniones, ut ex supradictis patet.

QVAESTIO LXV.

De connexionione uirtutum, in quinque articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de connexionione uirtutum.

ET CIRCA hoc quaeruntur quinque.

Primo, Vtrum uirtutes morales sint adinuicem connexae.

Secundo, Vtrum uirtutes morales possint esse sine charitate.

Tertio, Vtrum charitas possit esse sine eis.

Quarto, Vtrum fides & spes possint esse sine charitate.

Quinto, Vtrum charitas possit esse sine eis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtutes morales sint adinuicem connexae.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod uirtutes morales

simis rationibus primae speciei qualitatis inuenitur habitus dupliciter, scilicet per modum dispositionis, & per modum habitus, & praeter haec dispositio siue per modum dispositionis, siue per modum habitus, ita in uirtute, ut sic, quae est species habitus, inuenitur qualitas quae est essentia liter uirtus dupliciter, scilicet habens statum uirtutis, & non habens statum uirtutis: & praeter haec inuenitur sub specie dispositionis inclinatio seu dispositio ad uirtutem. Ex his autem tribus, scilicet uirtute in statu uirtutis, uirtute non in statu uirtutis, & dispositione ad uirtutem, sola prima uirtus perfecta est & dicitur immo ut in quarto articulo dicitur, haec sola simpliciter & proprie uirtus dicitur, & ratio in promptu est, quia uirtutem proprie & simpliciter oportet esse principium operis uirtutis si simpliciter, & non secundum quid, uirtus autem non in statu uirtutis tale opus non facit: quia defectiuosa est, utpote priuata proprio statu. Sic ergo uirtutis perfecta nomine qualitas quae est uirtus, statum uirtutis habens intelligitur, uirtutis autem imperfectae nomine, licet secundum proprietatem uocabuli sola uirtus secundum essentiam, & deficiens uideatur intelligi, quia uirtus imperfecta dicit uirtutem & imperfectionem eius: extenso tamen seu accommodato uocabulo, uirtutis imperfectae nomine intelligitur tam uirtus deficiens in statu, quam dispositio ad uirtutem, praeterquam si est firmata. In quo autem consistat uirtutis essentia, ex q. 5. colligere poteris: in quo autem perfectio (status uirtutis) consistat, ex litera quidem unico uerbo habes quo ad morale, scilicet quod inclinatur ad bonum bene. Ex secundo autem Eth. explicatius habes, quod

Prima Secunda S. Thomae. R 4 sciens,

art. 2. & 3.

Inf. q6. 73. art. 1. & 2. q. 146. art. 4. & 3. q6. 85. art. 6. o. Et 3. dist. 36. artic. 1. & 2. & uirt. q. 5. art. 2. Et quoq. lit. 2. ar. 23. & 4. Ethic. fin.

Cap. 1. & 2. tom. 5.

sciens, quod eligens, quod propter hoc, quod immobiliter, habes ipsam, operetur & consequenter imperfecta virtus est, si aliquid horum deficiat, quamvis enim bonum tunc fieret, non tamen bene. Et scito Novitiae, quod alicuius qualitatis inclinanti in bonum aliquid, dupliciter deesse potest aliqua virtutis conditio, primo de pertinentibus ad speciem, seu essentiam virtutis, ut si deficeret, recta ratio vel electio, vel proprius finis in habitu agibilem, non esset in veritate, virtus nec perfecta, nec imperfecta: diceretur tamen virtus imperfecta, sicut dispositio ad virtutem. unde si quis habitatus est ad abstinentiam, vel castitatis materiam non secundum regulam rationis, aut non electione propter ipsum bonum rationis, talis habitus nec est, nec erit unquam virtus, sed dispositio tantum ad virtutem. Secundo de pertinentibus ad statum tantum virtutis, ut si deficeret immobilitas aut extensio, aut debita dispositio subiecti, esset quidem imperfecta virtus sic quod potest eadem in merito esse perfecta & simpliciter virtus, ablatis illis defectibus. oportet ergo te cautum esse, cum de virtute imperfecta est sermo, an intelligatur ibi de imperfecta ratione status, an quia dispositio tantum est. & eadem oportet uti cautela, cum negari in veneris rationem propria, vel simpliciter virtutis. scies autem discernere intentionem literae secundum nunc dicta in spekeris, an eadem qualitas, quae negatur virtus, sit postmodum virtus, vel non: quoniam ut patet, si primum inveniatur de non virtute, secundum statum est sermo: si secundum de non virtute, secundum est sententia. Et hoc si servaueris, non vagaberis ad querendum constitutiva virtutum in esse virtutis in genere relationis, ut Scotus putavit, sed perfectionem statum perquires, aut novae virtutis generationem facilem, post talem ac tantam dispositionem.

Super Quaestione sexagesima quinta Articulum primum.

IN eodem primo articulo q. 65, dubium de connexionem virtutis ex Scoto refurgit, ipse namque in tertio sent. dist. 36. solam connexionem virtutis moralis cum prudentia sua, id est, illius materiae, & non e contra tenens, putat nec prudentiam moralem virtutem, nec moralem virtutem prudentiam simpliciter, id est totius agibilis, nec unam moralem virtutem, aliam moralem coexistere: sed simul stare, quod aliquis sit temperans in summo, & tamen avarus, in iustus &c. Et ut distincte omnia percipiantur, primo recitabuntur sua motiva: secundo declarabuntur fundamenta veritatis. tertio satisfiet obiectis. Arguit primo Scotus contra connexionem virtutum ex hoc, quod sunt perfectiones partiales. Quando enim sunt plures perfectiones partiales eiusdem perfectibilis, potest perfectum esse illud perfectibile secundum unam, & imperfectum secundum aliam, ut patet in Sorte respectu visus & auditus. Constat autem cardinales virtutes esse partiales perfectiones mentis nostrae, ergo. Secundo ex definitione virtutis a. Ethic. Quilibet virtus moralis est habitus electivus in medietate consistens, determinata ratione, prout sapiens determinabit absque determinatione & electione medij in alia materia, ergo est virtus sine connexionem ad alias virtutes. Et antecedens patet, quia in definitione virtutis, non ponitur nisi connexionem ad prudentiam, seu rationem determinantem medij in illa materia. Tertio, ex exercitio causante virtutem: quia potest aliquis optime se exercere in materia unius virtutis, & non in materia alterius, ergo non sunt connexae. tenet sequela, quia virtus generatur ex actibus. Quarto, ex distantia: quia virtutes eiusdem generis quae sunt propinquiores, non sunt connexae, puta virginitas, & castitas coniugalis, ergo a fortiori virtutes distinctae secundum genus, ut cardinales, quae magis distant, non sunt connexae. Quinto, deducit ad tria inconvenientia ex connexionem, primo, quod aliqua virtus esset virtus antequam esset virtus, secundum, quod nulla virtus esset prima, tertio, quod unus actus generaret omnes virtutes: sequela primi probatur sic, Temperantia per se non est virtus sine virtute fortitudinis, ergo fortitudo est prius virtus, & ex alia parte fortitudo non potest esse virtus sine temperantiae virtute, ergo fortitudo non erit virtus nisi post temperantiam, ergo fuit virtus antequam esset virtus, sequela secundi patet: quia ex quo quilibet coexistit aliam, omnes sunt simul, & consequenter nulla prior aut posterior se-

quae terti probatur, quia impossibile est simul haberi totum perfectum generativum totum virtutum. Quod autem tertium sit convenientius, probatur, quia unus actus est unius virtutis, & tunc esset actus unius virtutis, si esset generata, ita est generativus unius, & non omnium virtutum: huc de primo.

Quo ad secundum scito, connexionem virtutum cardinalium conuincit ex isto principio, qui in littera sic. Virtus moralis exigit prudentiam, prudentia autem exigit omnes tres virtutes morales, ergo omnes virtutes morales sunt connexae. Sed quia propositiones hae ad sumptu diuersitas de intelligitur, oportet eas explare, & sensum verum capere, & tunc videre rationis huius. Prima ergo propositio, scilicet Virtus moralis exigit prudentiam, quia ex definitione virtutis, secundum ethicorum allata patet, non negatur, sed distinguitur: quia aut intelligitur de prudentia totali, aut partiali, & vocatur prudentia totalis prudentia respectu omnium agibilium: partialis autem respectu huius materiae, delectationis ueneris, vel periculum mortis, &c. si in assumpta propositione, & definitione virtutis moralis intelligitur de prudentia totali, negatur: si de partiali, conceditur, sed tunc patet manifeste, quod nihil ualeat processus: quia prudentia partialis non exigit omnes virtutes morales, propter istam autem distinctionem oportet ostendere, aut veritari assumptum de prudentia totali, aut quod prudentia partialis exigit omnes virtutes, & utrumque simul fiet, ostendendo quod prudentia partialis, aut non est prudentia sufficientis ad tertiam illius virtutis, & consequenter non est prudentia totalis, ostenditur autem hoc facile ex connexionem materiam virtutum moralium, & ipsa definitione virtutis. Sic virtus moralis, puta temperantia, est habitus secundum rationem rectam electivus medij in delectationibus tactus, non prout electivus medij in talibus delectationibus contingit corrupti a talibus li passione, sed simpliciter undecumque contingat ab electione huius medij in electionem extremorum vitiorum declinare, ergo temperantiae virtus necessario habituum reddit animum ad eligendum talem medij secundum prudentiam totalem. Assumptum hoc manifestatur dupliciter: siquidem credi potest, quod virtus moralis, puta temperantia, perficit animum prout, ut declinatio a tali medio oriatur ex aliqua certa passione, puta ut ex amore concupiscentiae declinari solet a medio delectationibus tactus, ita quod non spectat ad temperantiam inclinare ad eligendum medij in delectationibus tactus, nisi per quanto abducimur a medio ob amorem superflue delectationis. secundum autem modo, ut temperantiae sit inclinare ad tale medij contra quosque impetus ex quacumque passione prouenientes ad abducendum a tali medio, puta ex avaritia, ex timore mortis &c. Differunt autem inter tantum hi duo modi, ut ex hoc pendat ista veritas, & secundum primum modum non fiat aliquid temperatus nisi secundum quid, iuxta secundum modo fiat temperatus simpliciter, quoniam ut patet, iuxta primum modum non est habitus ad medij in delectationibus tactus, nisi si secundum quid, quia secundum quod oriuntur a certis passionibus tantum iuxta secundum modo est habitus ad medij in delectationibus tactus totaliter, quia secundum quod oriuntur ex quacumque motio. Quod autem temperantia primo modo non est virtus, sed secundum modo tantum, manifeste ex usu conuincitur: mulier enim habituata ad castitatem quantum est ex amore delectationum, si inops & auara male merendo ueneris uicium, proculdubio immoderata est: & similiter si timore uerberum aut infamiae &c. hoc faciat. Idem ergo est dicere, quod temperantia non perficit animum contra timores, & alias passiones, ut & in quantum tamen sit corruptum electionem medij in delectationibus tactus, & dicere quod qui moechatur ut futurum, non est moechus, & meretricem ob solam auaritiam posse simul esse temperatam, & infinita huiusmodi falla. spectat igitur ad modum uirtutem inclinare ad medij in propria materia non solum excludendo extrema secundum quid, sed secundum quod quod connexionem habent cum aliena materia. ut enim in littera dicitur in responsione ad tertium, & quartum, agibilia quae sunt materia uirtutum moralium, sunt ordinata ad inuicem, & propterea unum redundat in aliud, & propterea oportet uirtutem moralem perficere sic animum in propria materia, ut nec ex his supra infra limites propriae materiae secundum se sunt, nec ex his

que intrant limites proprie materie ex connexione illius cum aliis, abducatur a medio eligendo in illa materia. & sic patet aliquid, & reflat manifestatam consequentia, quod dicitur hoc sequatur, quod virtus moralis coexistat prudentiam totalem, hoc autem sic probatur. Virtus moralis eligit medium in propria materia simpliciter, id est secundum se, & ut in eam redundant alie materie, ergo exigit rectam rationem sui secundi se, & secundum comparationem ad alias: sed hoc est prudentia totalis, ergo sequela est manifestata ex eo, quod virtus moralis est electiva secundum rectam rationem, & sicut est electiva in propria materia & secundum se & secundum comparationem ad alias materias: ita oportet quod ratio recti significans illam materiam & secundum se, & secundum comparationem ad alias, ex defectu maneat recte regulata in huiusmodi comparationibus proventis, quod habuit virtus in calitate, & non in paupertate, honestate, fortitudine, & iustitia, propter avaritiam, aut timorem, aut odium, contra calitatem facit: comparatur siquidem, tunc in tali animo bonum calitatis bono pecunie, ut equalis a morte, aut explendi appetitus odii huiusmodi. & dicitur magis eligendum nunc hoc apparet bonum, quam illud vere bonum propter passionem, seu affectionem nunc, hic & ad hoc magis, quam illud.

Quod autem ratio recta circa unam materiam tam secundum se, quam secundum id quod est connexione habet, est prudentia totalis, ex illo principio secundi de anima, in c. de seculo communi, patet, scilicet quod iudicans inter aliqua duo, oportet cognoscere utrumque. Si enim hanc rectam rationem oportet comparare ad hanc materiam reliquis agibilibus, oportet eam, quia ratio est, utraque cognoscere: & quia recta est, circa vera que rectam esse, constat autem rectam rationem circa omnia agibilia prudentiam esse totalem, patet igitur ex dictis, quod prudentia partialis non est prudentia nisi sit totalis, & consequenter, ut patet, exigit omnes virtutes morales, propter quod in calce articuli dicitur, quod defectus prudentie circa unam partem agibilium induceret defectum circa alia. Ex his autem habes, quomodo intelligenda sit definitio virtutis moralis. Ethic. quod ad duos terminos scilicet electionem medi, & rectam rationem. Intelligitur, n. de electione medi non secundum quid, sed simpliciter id est contra quemque abducendum a recta ratione, non secundum quid, id est, secundum partem, sed simpliciter seu totaliter, & sic patet, quod ex diffinitione virtutis sine glossis appositis, excludendo solum sensum secundum quid, & utendo sensu simpliciter, quod regulariter in diffinitionibus intelligitur, habes connexionem prudentie totaliter ad virtutem moralem.

Explicata autem & probata prima propositione assumpta, reliquum est, ut probetur & explanetur secunda scilicet quod virtus moralis exigit omnes virtutes morales. Hec propositio, licet possit probari ex parte materie, quia sicut temperantia generatur ex frequentibus electionibus medi in delectationibus, ita prudentiam oportet generari ex frequentibus iudiciis & preceptis circa sua materiam, que est totum agibile: melius tamen monstratur propositum ex ipsa ratione prudentie secundum se, ut in litera fit ex parte principiorum ipsius prudentie scilicet. Prudentia est recta ratio consiliativa, iudicativa, & preceptiva. ergo rectitudo eius exigit animum tam secundum partem apprehensivam, quam secundum partem appetitivam, recte & bene se habere circa principia recte rationis, que sunt fines agibilium, se dicit se habere ad huiusmodi fines, est habere omnes virtutes morales principales. ergo prudentia coexistit secundum se omnes virtutes huiusmodi. Antecedens patet: sequela vero quod ad partem apprehensivam est nota, quia habitus conclusionum pendet ex habitu principiorum. Quod ad partem vero appetitivam, licet ex supradictis de prudentia patet: breviter tamen quasi repetendo manifestatur sic prudentia non est in ratione solum, ut dicitur in 6. Ethic. quia est in ratione ut mota ad appetitum, & propter hoc non traditur obliuioni, ut ibidem dicitur. ergo dependet ab appetitu proculdubio recto: obiectum autem appetitus est finis. ergo dependet ab appetitu recte se habente ad finem, quod eat intentum. Quod autem dependat prudentia ab appetitu recto respectu omnium finium agibilium, & non unius tantum, licet ex redundantia connexionis, possit haberi in litera: tamen probatur ex hoc, quod si sicut scientia dependet ex omnibus ipsius principis & non aliquibus tantum, ita Geometria errans in uno principio, non est scientia

Prudentia, ita prudentia non est prudentia nisi omnia principia recta supponat. fines autem agibilium consistat esse principia ex quibus prudentia procedit, & ad quos oportet apprehensionem se recte habere, alioquin & in actu iudicis, quia delectatio corrumpit estimationem prudentie, & in actu precepti, quia est a ratione ut in best appetitu, erratur.

Et sic, quod licet recta ratio agibilium pendat ex utraque rectitudine circa fines, scilicet ex rectitudine parvis apprehensivis & appetitivis, quia tria rectitudo apprehensivae non est propria prudentie, sed communis sibi & ceteris virtutibus intellectuales circa conclusiones, & authoris divinum ingenium, ex propriis coluit doctrinam facere, ideo illam

Am. in illud Luc. 6. Beati paupes ipsi. circa finem habetur li. 5. in Lucam 10. 5.

sed contra est, quod Ambrosius dicit super Lucam. Connexio sibi sunt concatenataque virtutes, silentio preterit, & rectitudinem appetitus, quae est propria prudentie (sola enim prudentia secundum se pendet ex appetitu recto moraliter finis) posuit principium prudentie, & propterea comparavit ipsam intellectui, qui est habitus principiorum, dicens. Quod sicut in speculativa scientia pendet ex habitu principiorum, ita in moralibus recta ratio pendet ex recto appetitu finium. Est enim habitus principiorum in appetitu, quia fines principia sunt operabilia. Quod si demum appetitum recte se habere ad fines operabilia, sic habere virtutes morales, patet ex eo, quod eadem est virtus intendens finem proprium aliquis materie, & eligens medium in illa, ac per hoc eadem est temperantia virtus, qua quis recto appetitu intendit bonum rationis in delectationibus tactus, & qua eligit medium in eisdem secundum rectam rationem. Et sic patet totus processus, qui tanto verior comprobatur, quanto ex sola diffinitione virtutis moralis, considerando quod coexistunt particula diffinitionis de iure connexionem mutuum virtutum moralium, computata etiam inter eas prudentiam. Hec de secundo.

Quod ad tertium, respondendo ordinate obiectis, dicitur, quod prime rationis maior est falli, si est universalis, ut esse debet. Sunt enim multe partiales perfectiones connexae, licet non omnes sint connexae. Intellectus enim & voluntas connexae sunt, usus & auditus non, unde ex hoc nihil habetur. Secunda vero ratio ex diffinitione virtutis iam soluta est, & coniectum est, quod in diffinitione virtutis oportet cadere rectam rationem simpliciter, & non secundum quid, ut opponens vult, concedens quod non spectat ad temperantiam virtutem firmare animum, ne timore motus fornicetur, & sic incidit in foveam magnam, scilicet quod talis non faciat contra temperantiam, cuius oppositum tamen sentit, & propterea conuincitur. Aut talis recedit a medio temperantiae, aut non si sic, declinat in vicium extremum: ergo est contra rectam rationem spectantem ad temperantiam: si non, ergo fornicationem committens ex avaritia soluit, & non propter delectationem, non peccat contra temperantiam.

Ad tertium: respondetur in litera ad primum, quod materie virtutum sunt duplices, quedam spectantes ad communem vitam, quedam ad aliquam particularem statum. In primis que sunt materie virtutum cardinalium, non contingit exerceri in una, & non in alia recte, sicut fiat virtus aliqua, quamvis possit inchoari aliqua virtutis generari: in istis autem contingit fieri unam sine alia actu: sit tamen omnis dupliciter, primo in potentia propinqua, ut in litera dicitur: secundo in preparatione animi, ut alibi dicit author, quia connexio virtutum omnium est connexio in tertio id est in prudentia, que dicitur formale in omni virtute scilicet preparationem animi, & deficientem materia. Et per hoc patet responsio ad quartum, tum quia formaliter tria, secundo preparationem animi sufficit castitatem coniugalem, & virginitatem esse connexas: tum quia fallum est, quod sit maior ratio de connexionem specialium, quam generalium virtutum, quia harum materia magis connexae sunt coniunctione occurus respectu cōversationis humane, licet minus connexae sint coniunctione similitudinis, & propterea istas oportet esse connexas formaliter & materialiter, illas formaliter tantum.

Ad quintum dicitur dupliciter iuxta duos modos, quibus connexio ista intelligi potest. connexio namque virtutum cum non sit successiva, claudit in se similitatem temporis, ita quod oportet eas in eodem tempore esse, fieri, & corrumpi: sed huiusmodi similitas temporis potest dupliciter intelligi. Primo, secundum rigorem veritatis, ut scilicet in eodem instanti temporis quo est una, sit actualiter alia, & in nullo instanti sit una sine alia actualiter, & hic sensus videtur communiter accipi, & contra eum procedit

tem intellectivam: sed virtutes intellectuales non sunt connexae: potest enim aliquis habere unam scientiam sine hoc, quod habeat aliam. ergo etiam neque virtutes morales sunt connexae.

¶ 4. Præterea. Si virtutes morales sint connexae, hoc non est nisi quia conneduntur in prudentia: sed hoc non sufficit ad connexionem virtutum moralium, videtur enim quod aliquis possit esse prudens circa agibilia, quae

¶ 4. Præterea. Si virtutes morales sint connexae, hoc non est nisi quia conneduntur in prudentia: sed hoc non sufficit ad connexionem virtutum moralium, videtur enim quod aliquis possit esse prudens circa agibilia, quae

¶ 4. Præterea. Si virtutes morales sint connexae, hoc non est nisi quia conneduntur in prudentia: sed hoc non sufficit ad connexionem virtutum moralium, videtur enim quod aliquis possit esse prudens circa agibilia, quae

¶ 4. Præterea. Si virtutes morales sint connexae, hoc non est nisi quia conneduntur in prudentia: sed hoc non sufficit ad connexionem virtutum moralium, videtur enim quod aliquis possit esse prudens circa agibilia, quae

¶ 4. Præterea. Si virtutes morales sint connexae, hoc non est nisi quia conneduntur in prudentia: sed hoc non sufficit ad connexionem virtutum moralium, videtur enim quod aliquis possit esse prudens circa agibilia, quae

dit argumentum unde hunc sequendo sensum, conceditur quod nulla cardinalium uirtutum est prior aut posterior altera secundum tempus, & similiter quod nulla est prima postive ordine temporis, sed quaelibet sic est prima negative. Negatur autem quod sequatur temperantiam esse prius uirtutem, quam sit uirtus. & probatio assumit falsum scilicet si temperantia non est uirtus sine uirtute fortitudinis, ergo fortitudo est prius uirtus. sufficit enim ad hoc, quod fortitudo sit simul uirtus, ut patet: Non habeo deum pro inopuenienti, quod unico actu in uirtute tot precedentium generentur simul omnes uirtutes in esse perfecto: & cum dicitur. Ille actus est unius uirtutis, dico quod ille actus est actus generatus prudentiae, qui agit in uirtute habitus principiorum prudentiae. Cum enim, ut ex dictis patet, habitus principiorum prudentiae in parte apprehensiva sit syncretis, in parte appetitiva sit ad minus triplex habitus trium uirtutum cardinalium, & pluribus habitibus simul uti contingat in ordine ad unum, & prudentia una existens ex omnibus his pendeat, & generatio prudentiae sit perfectio uirtutum, consequens est ut actus generatus prudentiae procedat & a syncretis, & habitibus tribus uirtutum cardinalium non plus perfectarum, sed ipso actu generate prudentiam esse perfectum accipientium: & sic ille actus dato quod esset unius tantum uirtutis, puta synderefs, quia nulla presupponitur alia uirtus, esset tamen multorum habituum participatus, & sic posset multas consummare uirtutes, sicut post genitam prudentiam recte precipere simul in pluribus materiis, est actus unius uirtutis prudentiae scilicet electiue: multarum autem uirtutum moralium principiorum prudentiae est actus participatiue. Secundo autem modo, similitas temporis intelligitur secundum propinquitatem, ut si quae parum differunt secundum sps, simul esse dicuntur. iuxta illud. Quod parum distat, nihil distare uidentur. & sic uirtutes morales pluribus actibus quasi simul generantur. & dicuntur connexae, quia oportet unamquamque statim aliam comitem habere. & licet hoc uideatur prima facie in consonum, si quis tamen consideret quod sermo praesens non est metaphysicus, neque mathematicus, sed moralis, in quo non admodum certitudo queritur, & attendat ad alias proprietates uirtutum, quod simili modo uerificantur, non usquequaque hoc spernet. Patet namque quod attingere medium non minus contingit uirtuti, quam connexio: & constat quod contingere medium uocatur non solum attingere centrum, sed prope. Quare ergo connexio uirtutum non uocanda est, si prope sint, sed solum in instanti attingant. Idem enim ut in materia connexionis instanti, quod in materia de medio punctum centrale. Et scito hic quod ex utroque modo simultaneae generationis uirtutum saluatur, quod uirtutes quatenus uirtutes sunt, qualitates sunt absolute, quas dicimus habitus, iuxta superius determinata contra Scotum. Nam si similitas ista non est instantanea, sed quasi, constat quod sicut post multos actus ex ali-

An. 6. d. Tri. G. 4. in prin. 10. 3.

li. 22. mor. c. ad me. il. li. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

li. in fo. a. p. in unum. g. ad. 2.

quo in uirtute omnium generatur habitus temperantiae, ita & uirtus temperantiae. & sicut augetur habitus, uirtus augetur, & sic de aliis; si autem similitas ista est uere instantanea, tunc sicut una electio comparatiua potest esse a multis, immo omnibus uirtutibus cardinalibus, postquam sunt genitae: ita una similitas electio potest esse generatiua simul omnium in propinqua dispositione existentium, et unico actu superuenienti in uirtute non precedentium generandae essent locum suum absolute entitates, nec in hoc est differentia rationem uirtutis & habitus, ut patet. Manifeste autem est, cum proposito altero perpetrato sub instanti poena mortis eligatur, perleuare in bono electionem illam esse a prudentia iudicante, precipiente, a uirtutibus alterius coniugis retinente uolare, a fortitudine motum mortis superante, a temperantia delectationem uesceream quando oportet & c. reculante uide si qs sit adeo citatus in harum omnium uirtutum actibus, ut deueniat ad hoc, qd si unum adhuc exercetur, fieret in eo uirtus temperantiae, & similitas de iustitia & aliis, & imple in unum modum exeat actum cadentem super materiam omnium uirtutum, ac per hoc quod ualentem quantum actibus, illo unum actu generantur simul quatuor habitus uirtutis, quos uirtutes cardinales dicimus. Hoc autem contingeret, si sic dispositus ad uirtutes proposito sibi adhaerere morte, ut dictum est, eligeret bonum rationis possideret, tunc enim ratione iudicii & praecipii fieret prudentia, ratione electionis de quaerentis fieret aliquid uirtutes, & simile est in similibus comparatiuis. Et scias quod tanto facilius simultaneam generationem in instanti saluabis, quanto ad solum statum uirtutis obligaris saluandum, quod fiat in instanti: quoniam uirtutes absque uirtute saluatur, utpote imperfecte, non sunt connexae. Sed ne uideatur superfluum, & quia uero omnia consonare & absolute & simpliciter distantur, haec de tertio, in quo plus dictum est quam promissum fuerit, de connexio adducere ad credendum habitus uirtutum moralium ex respectibus esse uirtutes, & non ex essentia, cuius rationem supra habuimus & c.

ut qui unam habet, plures habere uideatur. f. Aug. etiam dicit in 6. de Tri. q. uirtutes, quae sunt in animo humano, nullo modo separantur ab inuicem. Et * Greg. dicit 22. Moral. q. una uirtus sine aliis aut omnino nulla est, aut imperfecta. Et f. Tull. dicit in 2. de Tulca. q. Si unam uirtutem confessus es te non habere, nullam necesse est te haburum.

RESPON. Dicendum, quod uirtus moralis potest accipi uel perfecta, uel imperfecta. Imperfecta quidem moralis uirtus, ut temperantia uel fortitudo, nihil aliud est quam aliqua inclinatio in nobis existens ad opus aliquod de genere bonorum faciendum, siue talis inclinatio sit nobis a natura, siue ex assuetudine: & hoc modo accipiuntur uirtutes morales, non sunt connexae. Videmus enim aliquem ex naturali complexionem, uel ex aliqua consuetudine esse promptum ad opera liberalitatis, qui tamen non est promptus ad opera castitatis. Perfecta autem uirtus moralis est habitus inclinans in bonum opus bene agendum: & sic accipiuntur uirtutes morales, dicendum est eas connexas esse, ut fere ab omnibus ponitur. Cuius ratio duplex assignatur, secundum quod diuersimode aliqui uirtutes cardinales distinguunt. Ut enim dictum est, quidam distinguunt eas secundum quasdam generales conditiones uirtutum, utpote, quod discretio pertineat ad prudentiam, relictio ad iustitiam, moderantia ad temperantiam, firmitas animi ad fortitudinem, in qua-

conque materia ista considerentur: & secundum hoc manifeste apparet ratio connexionis. Non enim firmitas habet laudem uirtutis si sit sine moderatione, uel relictio sine, aut discretio: & eadem ratio est de aliis. Et hanc rationem connexionis assignat Gregorius uigesimo secundo * Moral. dicens, quod uirtutes si sunt distinctae, non possunt esse perfectae secundum rationem uirtutis: quia nec prudentia uera est quae iusta, & temperans, & fortis non est: & idem subdit de aliis uirtutibus. Et similem rationem assignat Augustinus in sexto de Trinit. Alii uero distinguunt praedictas uirtutes secundum materias, & secundum hoc assignatur ratio connexionis ab Aristotele in sexto * Ethicorum, quia sicut supra dictum est, nulla uirtus moralis potest sine prudentia haberi, eo quod proprium uirtutis moralis est facere electionem rectam, cum sit habitus electiuus. Ad rectam autem electionem non solum sufficit inclinatio in debitum finem, quod est directe per habitum uirtutis moralis, sed etiam quod aliquis directe eligat ea quae sunt ad finem, quod fit per prudentiam, quae est consiliatiua, & iudicatiua, & praecipitiua eorum quae sunt ad finem. Similiter etiam prudentia non potest haberi, nisi habeantur uirtutes morales, cum prudentia sit ratio agibilium, quae sicut ex principijs, procedit ex finibus agibilium, ad quos aliquis recte se habet per uirtutes morales. Vnde sicut sci-

ente, ut dictum est, eligeret bonum rationis possideret, tunc enim ratione iudicii & praecipii fieret prudentia, ratione electionis de quaerentis fieret aliquid uirtutes, & simile est in similibus comparatiuis. Et scias quod tanto facilius simultaneam generationem in instanti saluabis, quanto ad solum statum uirtutis obligaris saluandum, quod fiat in instanti: quoniam uirtutes absque uirtute saluatur, utpote imperfecte, non sunt connexae. Sed ne uideatur superfluum, & quia uero omnia consonare & absolute & simpliciter distantur, haec de tertio, in quo plus dictum est quam promissum fuerit, de connexio adducere ad credendum habitus uirtutum moralium ex respectibus esse uirtutes, & non ex essentia, cuius rationem supra habuimus & c.

In responsione ad primum in eodem articulo habes illa uerba: q. Geometra modico studio acquiri scientia alicuius conclusionis quam nunquam considerauit. ex quibus errant Thomae de habitu scientiae, ut superius exposuimus: & ideo transeunt ad speciem, & propterea mouet appetitum ex parte obiecti appetitus autem est primum mouens ad exercitium, & ideo mouet rationem ex parte subiecti. Et in hoc tam excellentium, & primum principium deducit auctor quasi in primam radicem connexionis

In responsione ad primum in eodem articulo habes illa uerba: q. Geometra modico studio acquiri scientia alicuius conclusionis quam nunquam considerauit. ex quibus errant Thomae de habitu scientiae, ut superius exposuimus: & ideo transeunt ad speciem, & propterea mouet appetitum ex parte obiecti appetitus autem est primum mouens ad exercitium, & ideo mouet rationem ex parte subiecti. Et in hoc tam excellentium, & primum principium deducit auctor quasi in primam radicem connexionis

In responsione ad tertium in eodem articulo habes illa uerba: q. Geometra modico studio acquiri scientia alicuius conclusionis quam nunquam considerauit. ex quibus errant Thomae de habitu scientiae, ut superius exposuimus: & ideo transeunt ad speciem, & propterea mouet appetitum ex parte obiecti appetitus autem est primum mouens ad exercitium, & ideo mouet rationem ex parte subiecti. Et in hoc tam excellentium, & primum principium deducit auctor quasi in primam radicem connexionis

In responsione ad tertium in eodem articulo habes illa uerba: q. Geometra modico studio acquiri scientia alicuius conclusionis quam nunquam considerauit. ex quibus errant Thomae de habitu scientiae, ut superius exposuimus: & ideo transeunt ad speciem, & propterea mouet appetitum ex parte obiecti appetitus autem est primum mouens ad exercitium, & ideo mouet rationem ex parte subiecti. Et in hoc tam excellentium, & primum principium deducit auctor quasi in primam radicem connexionis

In responsione ad tertium in eodem articulo habes illa uerba: q. Geometra modico studio acquiri scientia alicuius conclusionis quam nunquam considerauit. ex quibus errant Thomae de habitu scientiae, ut superius exposuimus: & ideo transeunt ad speciem, & propterea mouet appetitum ex parte obiecti appetitus autem est primum mouens ad exercitium, & ideo mouet rationem ex parte subiecti. Et in hoc tam excellentium, & primum principium deducit auctor quasi in primam radicem connexionis

xionem uirtutum moralium, & merito: quia uirtutes morales perficiunt appetitum respectu finis: & ex supradictis constat, quod appetitus ex hoc qd proprium eius obiectum est finis, habet qd sic primum moues ad exercitium. Perfectio igitur uirtutum moralium spectat ad perfectionem appetitus ut mouentis ad exercitium, ac per hoc, ut mouentis rationem, ac per hoc ut inchoatis prudentiam quae est in ratione, ut mota ab appetitu. Prudentia uero, quia formas dat agibilib' sub quibus formis agibilib' a potestate rationi consona, bonos efficiunt habitus, qui sunt uirtutes, perficit intellectum quatenus motus est ad speciem, ac per hoc quatenus motus est appetitus ex parte obiecti ad uirtutes morales. Quia igitur mutua est motio rationis, & appetitus, & prudentia in ratione, & uirtutes morales in appetitu spectant ad illas mutuas motiones, hinc prouenit, ut prudentia & morales uirtutes mutua quoque connexionem sint dependentes. Ethic eleua lector mentis oculos in celsitudinem admirabile doctrinae huius diuini doctoris, etiam in his minimis resoluatis in prima principia.

¶ In responsione ad quartum in eodem articulo, nota Nouit, quod hinc habes duplicem differentiam inter artem & prudentiam, ex qua fit quod artes non sunt connexae prudentiae uero non solum connexae, sed una prima est, quia ars respicit factibilia uno modo tantum, scilicet materia, prudentia uero respicit agibilia dupliciter scilicet ut materiam, & ut principia. Secunda est, quod etiam stado utrobique infra rationem materiam, factibilia non sunt connexa, ut error in uno redundet in aliud: agibilia autem sic sunt ordinata, quod error in uno errorem induceret in alio, ut ex praedictis patet.

ria speculatiua non potest haberi sine intellectu principiorum, ita nec prudentia sine uirtutibus moralibus, ex quo manifeste sequitur, uirtutes morales esse connexas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uirtutum moralium quaedam perficiunt hominem secundum communem statum scilicet quantum ad ea quae communiter in omni uita hominum occurrunt agenda. vnde oportet, qd homo simul exercitetur circa materias omnium uirtutum moralium. Et si quidem circa omnes exercitetur bene operando, acquirere habitus omnium uirtutum moralium. Si autem exercitetur bene operando circa unam materiam, non autem circa aliam puta bene se habendo circa iras, non autem circa concupiscentias, acquirere quidem habitum aliquem ad refranandum iras, qui tamen non habebit rationem uirtutis propter defectum prudentiae, quae circa concupiscentias corrumptur: sicut etiam naturales inclinationes non habent perfectam rationem uirtutis, si prudentia desit. Quaedam uero uirtutes morales sunt, quae perficiunt hominem secundum aliquem eminentem statum, sicut magnificentiam & magnanimitas. Et quia exercitium circa materias harum uirtutum non occurrit uniuersis communiter, potest aliquis habere uirtutes morales sine hoc, qd habitus harum uirtutum habeat actum, loquendo de uirtutibus acquisitis: sed tamē acquisitis alijs uirtutibus habet istas uirtutes in potentia propinqua. Cum enim aliquis per exercitium adeptus est liberalitatem circa mediocres donationes & superueniat ei abundantia pecuniarum, modico exercitio acquirere magnificentiam habitum, sicut Geometer modico studio acquirat scientiam alicuius conclusionis, quam nunquam considerauit. Illud autem habere dicimus, quod in promptu est, ut habeamus, secundum illud Philosophi in 2. Physic. Quod parū deest, quasi nihil deesse uidetur. Et per hoc patet responsio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod uirtutes intellectuales sunt circa diuersas materias adiuuicem non ordinatas, sicut patet in diuersis scientiis, & artibus: & ideo non inuenitur in uirtutibus moribus existentibus circa passiones & operationes, quae manifeste habent abiuuicem ordinem. Nam omnes passiones, a quibusdam primis procedentes, scilicet amo-

re & odio, ad quasdam alias terminantur scilicet delectationem & tristitiam. Et similiter omnes operationes, quae sunt uirtutis moralis materia, habent ordinem adiuuicem, & etiam ad passiones; & ideo tota materia moralium uirtutum sub una ratione prudentiae cadit. Habent tamen omnia intelligibilia ordinem ad prima principia, & secundum hoc omnes uirtutes intellectuales dependent ab intellectu principiorum, sicut prudentia a uirtutibus moralibus, ut supra dictum est. Principia autem uniuersalia, quorum est in intellectu principiorum, non dependent a conclusionibus, de quibus sunt reliquae intellectuales uirtutes, sicut morales dependent a prudentia, eo quod appetitus mouet quodammodo rationem, & ratio appetitum, ut supra dictum est.

AD QVARTVM Dicendum, quod ea ad quae inclinatur uirtutes morales, se habent ad prudentiam sicut principia, non autem factibilia se habent ad artem sicut principia, sed solum sicut materia. Manifestum est autem, quod etsi ratio possit esse recta in una parte materiae, & non in alia, nullo tamen modo potest dici ratio recta, si sit defectus cuiuscunque principii. sicut si quis erraret circa hoc principium, Omne totum est maius sua parte, non posset habere scientiam geometricam, quia oporteret multum recedere a ueritate in sequentibus. Et praeterea, agibilia sunt ordinata adiuuicem, non autem factibilia, ut dictum est: & ideo defectus prudentiae circa unam partem agibilibus, induceret defectum etiam circa alia agibilia, quod in factibilibus non contingit.

ARTICVLVS II.

Utrum uirtutes morales possint esse sine charitate.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod uirtutes morales possint esse sine charitate. Dicitur enim in li. sententiarum Prosperi, quod omnis uirtus praeter charitatem, potest esse communis bonis & malis: sed charitas non potest esse nisi in bonis, ut dicitur ibidem. ergo aliae uirtutes possunt haberi sine charitate.

¶ 2. Praet. Virtutes morales possunt acquiri ex actibus humanis, ut dicitur in 2. Ethic. sed charitas non habetur nisi ex infusione, secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. ergo aliae uirtutes possunt haberi sine charitate.

¶ 3. Praet. Virtutes morales continentur adiuuicem, in quantum dependent a prudentia; sed charitas non dependet a prudentia, immo prudentia excedit, secundum illud Eph. 3. Super eminentem scientiam charitatem Christi. ergo uirtutes morales non connectuntur charitati, sed sine ea esse possunt.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Io. 3. Qui non diligit, manet in morte: sed per uirtutes perficitur uita spiritualis. ipsae uero sunt quibus recte uiuitur, ut Aug. dicit in 2. de liber. arbit. ergo non possunt

In corp. art.

q. 9. ar. 1. & q. 58. ar. 5. ad 1.

Ad 3. arg. p. cedens. Int. q. 71. ar. 4. co. & q. 2. ar. 7. & q. 51. arti. 2. co. & q. 107. ar. 2. ad 2. & uer. q. 14. ar. 6. & uirt. q. 2. art. 3. ad 2. & quol. 12. art. 23. 6. m.

¶ Super quatuor sexagesima articulum secundum.

¶ In ar. 2. eiusdem q. 5. q. aduerte tria primo duplicem differentiam ad propositum inter morales in suis & acquisitas, quia in suis perficiuntur in ordine ad ultimum suum simpliciter, acquisite uero in ordine ad ultimum suum in genere scilicet boni humani: puta felicitatis positae in 10. Ethicorum. Et ex secundo differunt, quia morales infuse sunt uirtutes simpliciter: acquisite uero secundum quid. Nec propterea putes auctorem hic contrariari philosopho morali, ac per hoc sibi ipsi, & etiam reliquis. Cum enim uero uerum non sit contrarium, ut in calce Perihermenias dicitur, & uniusquisque uerum dicat, si secundum casum ad ipsum spectantes recte iudicet, contingit quod de eodem diuersi iudicia sic diuersa proferant, ut uideantur contraria, non tamen sunt, ut patet si de infirmo medicus iudicet futuram mortem ex egritudine, de quo quia circumstantiae

li. 3. Eth. 6. 2. 10. 5.

e. 18. & 19. 60. 1.